

SCRIPTA

Numéro Scripta : 161

Autre(s) référence(s) : ARTEM 2722

Auteur(s) : Raoul fils d'Anseré [particulier]

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1088, 30 mars

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Raoul fils Anseré, donne à l'abbaye de Jumièges son alleu de Beaunay et ce qui en dépend à Offranville, Bernouville, Tôtes et Bapeaume, avec son droit sur deux moulins situé à Beaunay et la dîme d'Anneville [-sur-Seine].

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 9 H 1739 (1).

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° XXXVII, t. 1, p. 116-119.

b. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, Appendix E, n° 6, p. 290-291.

Indications

Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 69 (Catalogue des actes de Robert Courteuse, n° 24).

Texte établi d'après a

In nomine sanctæ et individua Trinitatis, anno ipso quo gloriosissimus atque reverentissimus Deoque amabilis Guilelmus, rex Anglorum comesque Nortmanniæ, de ista vita nequam assumptus est et, ut credimus, cælestem patriam consecutus est, .III. kalendas aprilis, Ego Radulfus, filius Anseredi, stultum et vanum prospiciens et ad utilitatem meam minus proficiens quod egomet, adhuc in ista vita subsistens et potestatem mei habens, ut aliis præcipiam post mortem meam dare quod vivens melius et utilius pro me possum tribuere, dedimus ego et uxor mea sanctæ Mariæ et sancto Petro Gimegiensis monachisque ibi servantibus alodium quod jure hereditario in villa quæ vocatur Belnaicus habebam, omne sicuti trans ripam citraque ripam fluminis illius villæ contra Reinaldum, filium Rainerii, et Bernardum partior ; quod alodium uxori meæ in dote dedi, eam accipiens. Dedi etiam decimam Anslevillæ, pro anima mea uxorisque meæ et pro animabus dominorum meorum ad quos hæ res pertinebant, concedente et libenti animo donante domino meo Radulfo, filio Rogeri Mortemaris, ad quem hæ res pertinebant, omne quod in his rebus habebat, accipiente ipso die propter istam donationem fraternitatem atque societatem illius

loci, et quindecim libras Rotomagensium recipiente ab ipsis monachis illius loci. Et hoc quod ad istud alodium pertinet, quod adjacet in Ulfranvilla et in Bernivoldivilla, et illud quod habebam in villa que dicitur Toste, et quod habebam in wastina in villa scilicet que dicitur Batpalme, et hoc quod in duobus molendinis illius villæ scilicet Belnaici habebam, quod ad istud alodium non pertinebat, concedimus, ut perpetualiter æcclesia Gemmeticensis possideat, scilicet in terris et in silvis et in aquis, etiam et in æcclesia et in vineis, post mortem Radulfi uxorisque ejus, in dominio. Et qui de dominio abstulerit anathema sit.

Signum Radulfi filii † Rogeri Mortemaris. Signum Mabilie † uxoris ejus. Signum Radulfi filii † Anseredi. Signum uxoris ejus †. Signum Rogeri Sancti Laurentii militis Radulfi † filii Rogeri. Signum Gisleberti Vuarrennæ. Signum Ricardi † filii Richerii de Aquila. Signum Vuidonis † Carcois de Arenis. Signum Vualteri † de Vuesneval. † Signum Hugonis. Signum Bernardi Bellenaci. [Signum] Willelmi † archiepiscopi Rotomagensis.

Petrus Vassumvillæ, famulus Radulfi Mortemaris, saisivit monachos Gemmeticenses de eodem alodio, jussu ejusdem Radulfi, videntibus et audientibus hominibus illius villæ, vidente etiam et audiente Hoello homine ejusdem æcclesiæ Sancti Petri Gemmeticensis. Et Guarinus, telonarius ejusdem Radulfi, recepit easdem quindecim libras Rotomagensium, jussu ejusdem Radulfi, in villa quæ dicitur Sancti Victoris ; et Fulco mercator muneravit.

Signum Rotberti, comitis Normanniæ †. Signum Henrici comitis fratris ejus. Signum † Vuillelmi comitis Ebroicensis.

Isti sunt testes : ex parte Radulfi, filii Anseredi, Normannus Peignardus, Rotbertus Vumaisnerii, Turstenus filius Helevuisæ, Petrus armiger ejusdem Radulfi ; ex parte monachorum, Rotbertus filius Dut, Salomon de Haretelvilla, Radulfus marescallus, Herveus filius Ricardi Oseii, Durandus cellararius, Gislebertus Coquulus, Radulfus Vastansgranum, Herbertus Maloei, Johannes Grossus, Robertusque presbiter, et alii multi.

Rogerus, prior ejusdem loci, et Rotbertus filius Dodonis Radulfusque Montisdurclari cum eo receperunt istam saisitionem, et inde habuerunt decem et septem denarios.

Signum Engelrani filii Hilberti †. [Signum] Vuillelmi † cubicularii. † Signum Ricardi Bustelli. † Signum Engelranni capellani. † Signum Johannis militis. † Signum Constantini militis. † [Signum] Benedicti archidiaconi. † [Signum] Fulberti archidiaconi. † [Signum] Ursonis archidiaconi †.